

Aduertencias para

reservari in verum mortis articulum, licet
in præsumpto, concessa iam indulgentia suū
sortita fuerit effectum. Quæ concessio mag-
na est, & aduertēda pro opinione illa, de qua
Aduertentia. 19.

36 ¶ Leo. 10. concessit licentiam & facultatē
omnibus monialibus Sanctæ Clare [& per
consequens omnibus fratribus Mendicantī
bus] & Ancillis Beatæ Virginis, ut quater
in anno possint se à suis Superioribus, siue
Confessoribus, aut aliis fratribus de Ordine
fratrum Minorū [per superiores deputatis]
facere absolui ab omnibus peccatis suis qua-
litercunque cōmissis. Ac similiter absolui,
vel potius dispensari ab omnibus & singu-
lis votis [exceptis substantialibus emissis in
earum professione] quæ solēt fēminea leui-
tate proqualibet minima necessitate emitti.
Ita tamen, q̄ nulli ipsarum hæc gratia suffra-
getur: si confit̄ de ipsa aliquid attētarent co-
mittere, quod oculos dñinę maiestatis [ea-
rum violando professionem] offenderet. Et
insuper placuit siue sanctitati debenignitate
Apostolicæ pietatis, cōcedere facultatē earū
Confessoribus: de licentia Prælatorum eas-
dem audiētibus, q̄ ea plenitudine eas abs-
uant